



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Aidanus Ep. 31. Augusti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

S. AIDANUS EP. 31. Augusti.

**H**ic ille AIDANUS est Lindisfarne-  
sis Pontifex, quem ad Angliæ re-  
gnum Christo subjiciendum purpurato  
interpretetur usum (Oswaldo Rege) suprè  
diximus. Nimirum tot Apostolos ferè  
olim Anglia, quot Reges habuit. Sed  
quæ in alia etiam regna dives fuit, hodie  
externæ culturæ est indiga. Ceterum  
*Aidanus*, uti multum Regibus, ita plus  
aliquantò familiaris mendicabulis fuit.  
Ex his cùm uni equum donasset phaleris  
regiis superbium, & Æswini (frater is erat  
Regis) nobile donum, succensuit nonni-  
hil Oswaldus & obiurgavit *Aidanum*. At  
cùm hic pauca pro se dixisset, atque id  
tantum quæsivisset ex Oswaldo, plūsne  
equum hominis mancipium, quam in  
paupere homine Dominum Christum a-  
dainaret? continuo in sese primò Rex,  
mox deinde in genua coram *Aidano* des-  
cendit, & à Pontificiâ tiarâ veniam Regiæ  
coronæ rogavit. Et abstulit non hanctan-  
tum, sed mortis etiam beatæ nuntium,  
cùm modestissimo Rege non digna jam  
essè superba regna dictitaret *Aidanus*.  
Porrò cum hic in iratum mare oleum im-  
misisset, ole omitti etiam mare vidisses.  
Flamas quoq; quas tyrannus Penda ur-  
bi injicere parabat, in suæ partes traxit,  
& aversas ab urbe in hostes armavit. Ita  
victor

3. Sept. VITÆ SANCTORUM. 547  
victor è viâ abiit non sine triumpho,  
quem D. Cuthbertus tunc puer ducere  
illum in cælum vidi multo lumine no-  
bilem. O triumphum tuum Aidane sequi  
etiam nos pileati olim possimus! Ex vnu.  
Bedæ hifb. Eccl. l. 3.

Per misericordias pauperum misericor-  
diam paremus, ut possumus esse de pænâ li-  
beri, & de salute securi: gratis misericor-  
diam sperat ibi, qui hâc non fecerit miseri-  
cordiam: quæ facit misericordiam. currit  
ad præmium; qui non facit, decurrit ad  
pænam. S. P. Chrys. serm. 8.

S. AEGIDIUS CONF. 1. Septembri.

**S**temma in AEGIDIUS regium indoles  
munifica prodidit. Nam puer prætex-  
tam exuit, ut paupereim ægrum indue-  
ret. Et hic quidem morbum cum cento-  
nibus posuit, at ille nudus cætera, ut  
virtutem & miraculum saltem tegeret,  
ablatam sibi vestem à nescio quo non sa-  
tis noto homine piè commentus est.  
Eodem scilicet furto assē omnem pa-  
ternum abstulerunt egeni, quando Gal-  
lias AEGIDIUS petuit, & post multa  
prodigia easdem cum cervâ latebras ha-  
bitavit. Atque, ut qui matrem deseritis,  
alia cælo ubera esse sciatis, hæc famelico  
eadem cerva præbuit. Exclamare hâc Ro-  
ma potuissit: Ecce fera hominis hospes:  
ecce homo feræ asylon. Etenim cùm

M m 2      nu-